

August Varenius Johannes Christophorus Meier

**Collegii Theologici Controversiarum inter Ecclesias A. Conf. Invariatae, & praecipuas huius seculi sectas Synoptici Disputatio VIII. De Homine Integro, Quam Divino Numine Propitio Veneranda Facult. Theologicae Consensu, Praeside, Augusto Varenio, S. S. Theol. D. Coll. Theol. Seniore, & p. t. Decan[o,] D. XVII. Februar. An. tu Soteros cl Ic LXXXIV. In Novo Auditorio Maiori horis inde ab 8. matut. Publicae Collationi Academicae submittet Johannes Christophorus Meier/ Scheessella-Verdensis**

Rostochii: Wepplingius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736014144>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1684

Varenius, Aug. / 6



COLLEGII THEOLOGICI  
Controversiarum inter Ecclesias A. Conf.  
Invariatae, & præcipuas hujus seculi seetas  
Synoptici.

DISPUTATIO VIII. *M*O

DE

# HOMINE INTEGRUM,

*QVAM*

DIVINO NUMINE PROPITIO,

Venerandæ Facult. Theologicæ Consensu,

PRAESIDE,

# AUGUSTO VARENIO

S. S. Theol. D. Coll. Theol. Seniore, & p. t. Decan

D. XXVII. Februari. An. ΕΣΩΤΗΡΕΣ CLO LCC LXXXIV.

## IN NOVO AUDITORIO MAIORI

horis inde ab 8. matut.


*Publicæ Collationi Academica submittet*

## JOHANNES CHRISTOPHORUS MEYER/

Scheessella-Verdeufis.

ROSTOCHII, Literis JOHANNIS VERLINGI, Acad. Typ.

1684



ARTICULI  
DE HOMINE INTEGRO.

THESES I.

**S**ubjectum non minus præcipuum Creationis ac Angelis  
(a) imo de quo solo, stylo loquendi Biblico - Canonico  
memoratur, quod conditum sit ad imaginem & similitudinem  
DEI (b) quæ proinde ratione intrinseca & extrinseca in illâ  
specie se exeruit (salvâ tamen non minus, excellentiâ An-  
gelicâ intrinseca, majori etiam in Angelo, quâ in homine (c)  
est Homo (d) in cuius Creatione Verbum illud mandatâ  
Creans, longè magnificentius exprimitur (e) ipso DEO Tri-  
uno, ter in Numero Plurali de se loquente scil: (1) FACIA-  
MUS hominem (2) ad imaginem NOSTRAM (3) secundum  
similitudinem NOSTRAM, & sic (1) creante DEO homi-  
nem ad imaginem suam (2) creante illum ad imaginem  
DEI (3) marem & foeminam creante eos, (2) quæ Creatio  
r̄ dō (7) maris scil. & feminæ, quomodo distinctè processer-  
it cum quoad formationem corporis Adamitici de pulvere  
Terre, & inspirationem Spiraculi vite, (8) vel ut sichomo primus fieret in animam vivensem (non morta-  
lem) quomodo porrò Creator DEUS ex exenta Adamo dor-  
mienti cœstâ, formaverit Heyam primam Parentem (1) ean-  
demque Adamo conjugio stabili juxerit in Paradiso, ex  
Historia Mosis liquido constat; neque singenda est alia  
productio, seu creatio hominis, ante Adamum velut generis  
humani Parenrem absolutè primum, (u) nec ex primâ  
lege, vel institutione, conjugium nisi rāy dō (A). (a) Gen.  
3. 22. (c) Gen. 1. 26, 27. (2) Ps. 103. 20. 104. 4, Job. 38. 7, Marc. 12. 25  
(d) Gen. 2. 7, 5. 2, (e) Gen. 1. 3, 6, 4. 24, 26, 27, (2) Gen. 1. 26. 27, (g) Gen. 1. 27.  
c. 2. 23, 24. 25. Matth. 19. 4. 5. 6, (9) Gen. 12. 7, (1) Gen. 2. 21, 22, 23, 3. 20.  
21, (k) conf. Luc. 3. 38, A&I, 17. 26, Rom. 5. 12, 13, (A) Matth. 19. 4. 5. 6.  
Contra authorem Tract: de Existentiâ Præ-Adamitarum & Polygamia.

A

THE,

THESES. II.

**H**omo primus ( $\alpha$ ) non solum non fuit creatus talis, quia nascitur  $\beta$  sed nec ab ipso authore Deo talis, condi potuit, & adeò, licet hæc ipsa natura humana per generationem d'educatur  $\gamma$  ex creatione Mundi, unde primò omnium in Adamo habetur natura humana, tamen ne quidem homo, qualis nunc est regenitus  $\delta$  nedum, qualis est caro ex carne natus,  $\epsilon$  à DEO conditus est, nec qualis nunc nascitur condi potuit, repugnante natura cum DEI summe boni  $\zeta$  tūm ipsius à Deo conditæ (qua non potuit non excellenter & plenissimè bona esse) rei  $\eta$  ( $\alpha$ ) 1. Cor. 15. 45, 47, 49. ( $\beta$ ) Eph. 2. 3. ( $\gamma$ ) Act. 17. 26. Rom. 5. 12. ( $\delta$ ) Rom. 7. 2 v. 14. adusq; finem. ( $\epsilon$ ) Joh. 3. 5, 6, ( $\zeta$ ) Matth. 19. 17, ( $\eta$ ) Gen. 1. 4. 10, 12, 18, 21, 25, 31. Contra veteres Pelagianos & Socinianos.

S. 1. Relagiani veteres existimarent per Adami peccatum nihil omnino homines perdidisse, talemque nunc quoque esse humanam nataram, qualem initio primus homo de manu conditoris accepérat, hominem item fuisse moriturum, etiam si non peccasset. Conf. Augustini, lib. de Hæres, c. 88, &c. in Epist. 106. ad Paulin. Eadem fere sententia Socinianorum de qua mox videbitur. Neque verò contra Bellarminum nobis inputantem, quod juxta nostram sententiam de homine Integro, ante, non posset lapsum, consequens sit non potuisse hominem tam initio condi qualem nunc nascitur, atque adeò condendum fuisse in originali quādam justitia, qua ad naturalem hominis constitutionem pertineret, quā per peccatum amissā non manserit natura integrā, negamus consequentiam: sed illam ultrò admittimus. Deus scilicet non condere potuit naturā seu inde ex primā creatione irā filium, totum vel ex parte carnalem, in quo sive regnet, sive inhabitet peccatum, in quo daretur perpetuā carnis rebellio, vel lucta adversus Spiritum, multò minus in quo perpetuum carnis dominium, sic ut semper & necessariò homo peccaret, ac per hoc ejus peccata in authorem naturae Deum refunderentur, qui proinde potius hoc notamus in Pontificiis velut errorem, quo asserunt, potuisse à DEO hominem condi eum tuā carnis ac Spiritus, cum rebellione carnis, cum concupiscentiā & difficultate bene agendi, licet actu secundo conditus talis non fuerit; sed multò felicior, Conf. Bellarm. lib. unic. de Grat. primi hominis c. 6.

THESES. III.

THES. III.

**A**DAMUS non est conditus à DEO in puris naturalibus, qvæ, prout describuntur ab Adversariis, purum putum commentum sunt, nec unquam extiterunt. (a) conf. Gen. 1.26, 27, 5. 1.2. 3. Eccl. siastes c.7. v.30.

§. 2. De puris Naturalibus hominis integri, loquaculi sunt & Pontificii & Sociniani. Scilicet juxta illos fingitur Deus condidisse naturam humanam talem, qvæ haberet propensiones magnas ad bonum carnale, &c in qvâ daretur perpetuus morbus & langor ex conditione materia oriundus, ac inde lucta carnis & rebello, ingens bend agendi difficultas ac inclinatio ad malum, fuisse jam in illa concupiscentiam illam, qvæ nunquam datur post lapsum, qvæq; est propensio ad omnia vitia, et si non, ex intentione auctoris naturæ: sed preter eius intentionem in homine extitiset, si in puris naturalibus homo creatus fuisset, eandem rationem mortalitatis, qvæ detur in homine in puris naturalibus considerato: ceterum, ne illa lucta carnis, seu languor naturæ humanae in actum erumperet, Deum addidisse velut aureum quoddam fratum, justitiam scilicet originalem, qvæ prohibitura erat, ne carnalis illa propensio, impidiret spiritualem, &c sic prævaleret & naturalis illa mortalitas erumperet in ipsum mortis actum, prout contra per lapsum, ubi jam remotum est aureum illud fratum, illa ipsa lucta vel concupiscentia, una cum morte erumpat, atq; sic fiat vulnus peccati quod ceteroqui fuisset languor naturæ, ut eo sublato manserit natura, qualis fuisset, si in puris naturalibus condita fuisset, ut sic non magis differat status hominis post lapsum Adami, à statu ejusdem in puris naturalibus, quam differat spoliatus à nudo, neque deterior sit humana natura, si culpam originalem derabat, neque magis ignorantia & infirmitate laborebat, quam effe & laboraret in puris naturalibus condita. Bellarm. I. uni. de grat. Prim. hominis C. 5. c. 6. &c.

§. 3. Non minus Sociniani agnoscunt statum Neutralis s. Naturalem in puris qualitatibus, quem Adamo & Hevae affingunt, ceterum aliter & sic, ut in illa nihil talis agnoscant doni supernaturalis, seu aurei frani: sed talem illis affingant statum, in quo originalis iustitia pariter atque injustitia exortes habuerint instar sabra-

*laraja, similesq; fuerint infantibus aut pueris innocentibus.* Conf. Socin, de statu primi hominis c.4. Smalz. de Christo vero & naturali DEI filio c. 7.

§. 4. A. Socinianis non multum abesse Arminianos, probare contendunt Censores Leidenles Cens. in confess. c. 5. inde, quod in suā confessione vel declaracione sententiaz, potentias naturales nimirum intellectum & liberam voluntatem sufficere credunt, ut Adamus legi obligareur, quippe qui vi potentiarum illarum creatarum prestare illa omnia potuerit, ut infinitis concreatisque habitibus opus baud fuerit. conf. Episcop. Thef. 6. dit. §.

§. 5. Unde & mirum, Janium usq; adeò de puris Naturalibus certum fuisse, ut etiam hominem in puris naturalibus consideratum, objectum statuerit DEI elegantis & reprobantis. Contra, si homo nullus unquam in puris naturalibus à DEO est conditus, E. nec unquam in decreto Dei ita considerari potuit. Conditus est primus homo, & in eo omnes ad imaginem DEI, secundūm similitudinem DEI, Ergo non in puris naturalibus; proinde falsissima est hypothesis Junii, quam habet in Disputatione cum Jacobo Aeminio p. 107

#### THES. IV.

Status Primi Hominis: absolvebatur triplici imprimis excellentiā: primā animā (α) qvæ dicitur *justitia originalis*. (β) secundā corporis, scilicet hujus, & sic totius suppositi immortalitati (γ) tertīā loci, seu *Paradisi*, & in hoc Ligni vite (δ) Ad primam excellentiam adeò pertinet *justitia Originalis*, qvæ in Mose venit nomine, imaginis & similitudinis ■■■■■, qvæ duæ voces nec idem sonant, nec dispareant, nedium toto genere diversum (α) Gen. 1. 26, 27. (β) Ephes. 4. 24. Coloss. 3. 10. (γ) Gen. 2. 17, 3. 22. (δ) Gen. 2. 9, 16, 3. 22.

§. 2. Errant adeò Sociniani, Adamo & Hevæ non nisi *animum expertem omnis injustitia seu obliquitatibus tribuentes*, plus ultra, nullam justitiam originalem agnoscentes vid. supra. Nec minùs Remonstrantes. Licet enim fateantur in hominis voluntate & affectibus restitudinem quandam, seu *justitiam originalem* locum habuisse, apparet tamen re ipsa, justitiam originalem primorum nostrorum pa-

recia

entum illi facultati Liberi Arbitrii , contradicte etiam , illa non  
tribuere , & sic sub nomine recti animi , ludere non sine suspicione Syn-  
cretismi Sociniani . Contra Reclitudo illa animi poterat quidem etiam  
insinuare iustitiam illam originalem , prout sanè Ecclesiastes c. 7. vers.  
30. hanc explicuit per rectioninem : ceterum , sic per illam non tan-  
tum intelligenda erat remoto in iustitia , nee saltem positio natura-  
lis potentiae , intellectus scilicet , & voluntatis libere : sed & iustitia , ve-  
ritatis & sanctimonia , de quæ Ap: loco supra alleg: quæ adeò totum ho-  
minem ejusque intellectum , voluntatem & affectus & actiones inti-  
mè perficiebat , sic ut in Primis nostris parentibus ad imaginem DEI  
creatis illa splendidissime illuxerint , quæ per novam Creationem  
à DEO in regenitib[us] in hac vita reparantur & restaurantur , & in alte-  
rà demum vitâ consumantur .

THESE. V.

Essentia ipsa Hominis , ipsaque adeo natura intelligentiae & voluntatis , à Mole non proponitur in voce ima-  
ginis ; sed Hominis (a) & adeò æqvè vox imaginis ac simi-  
litudinis referenda est ad dona illa conditricis gratiæ , con-  
creata homini in ipsa productione naturæ , ut nec cum hac  
sint eadæ , nec huic adventitia , quia in eodem instanti , & per  
eundem actum divina bonitatis , (b) naturæ sunt impressa ,  
& sic concreata . (a) Gen. i. 26, 27, 5. 1, (b) Gen. i. 31, 2. 25, 3. 17, 22.

g. 2. Sanè pro distinctione illa vōcūm , sic , ut imago referatur ad  
naturam intelligentiae & voluntatis , similitudo ad sapientiam & justi-  
tiam , non obscurè militant authoritates Patrum , ex quibus Basilius:  
imago , inquit , est ipsa natura mentis & voluntatis , unde Pontifi-  
cij concludere volunt , Adamum , peccando , non imaginem DEI , sed  
similitudinem perdidisse : ceterum ànvelesia taliter fuit voca-  
bili , nec deest in contrarium autoritas Patrum , qvomodo Ambrosius ,  
Adamum quidem ante peccatum fuisse imaginem cœlestis dicit : sed per  
lapsum , illa positâ , sumisse imaginem terrestris , per latrones , vel an-  
gelos noctis & tenebrarum despoliatum indumentis vita spiritualis ,  
imo & Irenæus descripsit per Stolam sanctitatis , quam in Adamo  
perdideram in Christo Jesu recuperemus . Pontificij hic notandi , qvod

A. 3.

cum

cum nobis imputent, dogma de Originali iustitia primo homini naturali, ipsi IMAGINEM ponant in naturam intelligentia & voluntatis, & sic cum Pelagianis ex parte, non solum in eodem principio: sed & fine conveniant.

§. 3. Nec probandus Junius, qui in Disp. cum Arminio imaginem essentiale intellexit, & ad naturalia, seu substantiam retulit, ut sic *Imago DEI*, ad quam conditus Adamus, per lapsum fuerit corrupta, sed non amissa, vel sublata: sed prout *Adamus est factus ad similitudinem DEI*, sic etiam *Adamus lapsus Sathanum genererit ad similitudinem DEI* Genes. 5. 1. 2. 3. Ita scilicet *imago DEI* & *imago Adami lapsi*, non differret essentiā, sed taltem modo: ibi *Imago DEI integra*: hic deformata, ut sic *imago DEI* adhuc insit homini naturaliter. Contra distinctio illa inter imaginem essentiale & respectivam, in voce שְׁמָךְ locum non habet, quæ hic tota respectiva est, ad fundamentum Imaginis, quod est in voce שְׁמָךְ, prout termini relationis sunt *DEUS & homo*.

#### THESS. VI.

Excellentia primaria Hominis integri non ponenda est in Dominio Adami in bruta Gen. 1. 28, 2. 19. 20.

§. 1. Contrarium urgent Remonstrantes, qui licet videri velint, se de ratione *imaginis* rigorosè disquirere nolle, judicarunt tamē imaginem DEI potissimum consistere in Dominio *Adamo* in ceteras *creaturas*. Rationes autem frivole sunt (1) quod talis Dominus fiat mentio in Creatione hominis Gen. 1. 26, (2) quod *imago DEI*, tribuatur homini etiam post lapsum Gen. 9. 6. Utrobique paralogismus est prava illationis, & ex Textu potius probatur contrarium: scilicet quod post hominem jam plenissimè conditum ad imaginem DEI & divinā benedictione confirmatum, demum eidem imponitur, illud in imaginis divinae voce primariò non intelligitur. At qui Dominium illud &c. E.

#### THESS. VII.

Imago DEI complectebatur quoque immortalitatem & quæ ac impassibilitatem adversorum (α) nec saltem animæ immortalitas, & quæ fuit necessaria ex instituto DEI ac Angelis, ut habibilis esset ad præmia & eventualiter ad æternæ supplicia accipienda (β) sed & corporis, (γ) Nec futura erant

erant in statu integratatis mala; hominem ad mortem disponitiva, neque his malis retundendis arbor vite fuit condita.  
(a) Gen. 1. 31. Apoc. 2. 7, (B) 2. Cor. 5. 10. Rom. 14. 10, (y) Rom. 5. 12. 1. Cor. 15. 16. (d) Apoc. 22. 21.

§. 2. Errant adeò Remonstrantes, qui in Examine Censur: cap. 5. id circò, inquit, data fuit homini arbor vite in paradiſo, ut mala omnia ad mortem disponentia, vel apta nata corruptionem corporè humano inducere, eſu fructus ejus anteverteret aut tolleret, veluti pre' ſentissimo mortis & corruptionis antidoto.

THES: VIII.

Imago DEI, ſeu originalis iuſtitia & ſanctitas in Adamo non fuit essentialis forma, vel ſubſtantia hominis (a), nec Physicè loquendo, aliquid fluens aut dependens ex principiis naturæ, qva ratione Naturalem fuiffe negamus: (B) ſed tota accidentalis, eti ipsius eſſentiæ & humanae naturæ coram DEO rectitudo, perfectio, & cum DEO de- xistivit conformatio, per gratiam conditrice Adamo concreata, cumqve ejus natura propagabilis & propaganda, atq; hoc ſenſu non ſupernaturalis, ſed naturalis. (a) Gen. 1. 26. 27. (B) Colos. 3. 12, (y) Gen. 5. 1, 2. 3.

§. 2. Errant hic in excessu Pelagiani & Flaciani, ipſum corpus & animam, ſeu naturam hominis in ſuis potentiis & operationibus naturalibus consideratam pro imagine hæc divina habentes, & ex eadem hypothefi in contrarias hærefes declinantes: prout in defēctu Scholastici & Pontificii, per aureum frānum in equo, vel ſertum in Capite virginis Originalem iuſtitiam primi hominis deſcribendo: Nec minus iudicem, pro iuſtitia originali primo homini merē adventicia, & ſic ſupernaturali, pronunciando.

THES: IX.

A Nte Peccatum homo morti ſubjectus non fuit per naturam, nec actu moriturus, nec, ſi propagaret ſpeciem integri mortalis futurus: ſed immunis eſſe potuit perpetuò à morte, non aeternā ſaltem; ſed & temporali, ne- que

qvē ab inevitabilitate solūm mortis: sed & ipsā mortalitate, per conditricem gratiam, per qvam accepit in eodem instanti integrā immortalem naturam, seu & possibilis tatem non moriendi, & impossibilitatem moriendi per causam naturalem, qvoad usqve non deficeret à DEO per peccatum, atqve adeò immunitas à mortalitate & morte, non absoluta fuit: sed hypothetica, naturalis, non speciei additicia, nec vel providentia, velut æqvè in statu integrō futuræ, imò tum ex naturā DEI, tum creaturæ seu rei semper necessariæ, vel ordinati esus, arboris maximè vitæ, exclusiva. Gen. 2. 17, 3. 22. Rom. 5 - 12,

S. 2. Errant, præter Arminianos, Pontificis, *corpus primi hominis* per naturam mortale afferendo, & immortalitatis bonum extrinsecum & adventicium illi tribuendo Coaf. Bellarm. L. al. c. 9. 12, 13, 14, 18. Pelagiani, qvorum thesin hodie propugnant Photiniani seu Sosiniani vid. Socin. loc. supr. allegatis & lib. Q. R. P. c. s. p. 55, Cap. 6. Tech. Racov. Ostor. &c. alii.

S. 3. Addatur denique his indignum Arminianorum judicium, scilicet *immortalitatem illam primi hominis rem tantum non esse*, ut propterea laboretur qvia, prout inquit Remonstrantes, *questionem hanc*, de justitiâ originali totam *inceptam & iniuriam censem*: Titivitio non emiuri tam vitem controversiam, qvæ judicio ipsorum vana est & inutilis, vid. illi in Exam. cens. cap. s. p. 60. Cum contrà, hæc *questio de justitia Originali* sit omnium reliquarum principalissima, ex qua negligenter vel vitiosè decisâ, errores longè gravissimi profluunt in omnes sequentes articulos, vix deinceps corrigibiles, nisi in ipso capite occupentur & præcaveantur, qvod vel sola docet praxis Papistica in Materia de Lapsu & Reparatione: interest præterea unicuique Christiano, ut memor sit unde, & quanto fastigio, in Adamo excederit. Observetur quoqve hic Syncretismus *Pelagiano-Sociniano-Papisticus*, quando ad *questionem an primus homo conditus fuerit per naturam mortalis, an immortali?* Magno consensiū respondent, ad primum affirmando, ad secundum negando,

96(0) 96

*Ad Præcellentem*

**DOMINUM RESPONDENTEM**

De Gratiâ humano generi in primo nostro Parente collata  
ipsoque sic

**HOMINE INTEGRO.**

**G**ratia, quam fuerit primorum macta Parentum.  
Quodque decus mentis, Corporis atque Locis  
Hectibimateries sacræ clarissima palmae.  
Ut cecidit, tamen, hanc de meminisse, juvare.  
Quod cecidit, satis hoc reparavit morte Redemptor.  
Panditur ergo, clausus qui Paradisus erat  
Hoc age nunc, Domino studiumque probare memento,  
Non poteris patriæ displicuisse tue  
Quelicit hanc Mystra careat (res certa) fideli.  
Si pergas, per Te clarior esse potest.

**AUGUSTUS VARENIUS, D.**

**Q**uando Dei studium solers in imagine ponis,  
Jam MEIERE mihi es mentis imago bona.  
Amissas serutaris opes, & divite cornu  
Qvas tulit atralues reddit amica fides,

*Doctiss. DN. Respondenti  
gratul. scrib.*

**J. C. SCHOMERUS, D.**

**W**er seiner Sinnen Aussflucht lenkt  
1. Gerade nach dem Himmel zu/  
Und stetig nur an das gedenket  
Was giebt die rechte Seelen-Ruh;  
Muss von der Ewigkeit Fügel leihen  
Gedankt er sich zu befreyen.  
2. Nicht kan uns Jarus Gefüder/  
Hintraegen zu den Stern-Altan/  
Das Wachs verschmelzt er fällt nider  
Drum such' man eine andre Bahn/  
Einbildung treugt der Wahn betrieget  
Wie mancher liegt un mein er flieget  
3. Weltn

3.  
Wiltu dich selbst nicht berriege  
So nim die Simmen-Probeführ.  
Dass Eisen muss verrostet liegen  
So nicht gebrauchter glaube mir.  
Den wer da wil der Erägheit fröhnen  
Den muss zu lebt der Aufgang höhnen.

Diese wenige Zeilen septe seinem Hochwehrtsen  
Freunde und Gönner/ in Zeichen seiner  
Freund-gewogenheit

4.  
Mein Freund! er hat die Tugend flügel  
So geht er wohl und glücklich fore  
Die That ist hic des Fleisses Spiegel  
Ja selbst des grossen Vaters Wort.

Glaubt mir die Lehr vō Urtschuld stande

Nahmt euren Fleiß dem Vaterlande.

### J. Lindemann.

#### Cabbala Gematria Trigonalis Alphabetum.

I. 3. 6. 10. 15. 21. 28. 36. 45. 55. 66. 78. 91. 105. 120. 136. 153. 171. 190. 210.  
A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U.  
231. 253. 276. 300.  
W. X. Y. Z.

101. 555. 862. 306.  
**D**N. Johannes Christoph. Meier. (1824)  
perlusum Cabbala Δ  
261. 530. 381. 582. 70. (1824)  
Heu ! amisit imaginem summi DEI.  
\* \* \* \* \*

E Heu ! quam miser, & quam lacrymabilis Ast, audi, quoniam non reparabilem,  
Post lapsū est hominis terrigeni status! Felicemq; statum proh dolor! integrum  
Qvot morbis premitur, qvotq; periculi Neglexit temere, prorsus imaginem,  
Quælo, sustinet impetus!  
Amisit similem Deo:  
Si nunc est validus, cras jacet impotens,  
Ac hinc exoritur cuncta molestia.  
Si nunc est vegetus, cras ferè mortuus,  
En! hinc proveniunt tot mala noxia;  
Si nunc est sapiens, cras sapientia.  
Qvod, MEIRE, doces, dulce domus tuta  
Omnis cessat & aufugit. Et cunctæ patriæ decus,

Adsit porrò Tibi rebus in omnibus  
Summi perpetuò gratia Numinis,  
Adsit, Teque regat, sic voevo; Deus  
Exaudi calidas preces!  
Sis præstantissimo Dn. Respondenti, amico suo certissimo,  
genitulabundus appræcatur

JOHANN LUDOLPH. Elers Bard, Lun.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn736014144/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn736014144/phys_0016)

DFG

erant in statu integratatis mala, hominem a  
situra, neque his malis retundendis arbor  
(α) Gen. 1.31. Apoc. 2.7, (β) 2. Cor. 5.10. Rom.  
5. 12. 1. Cor. 15. 16- (δ) Apoc. 22. 21.

§. 2. Errant adeò Remonstrantes, qui in Ex  
s. id circò, inquit, data fuit homini arbor vita in  
omnia ad mortem disponentia, vel apta nata co  
humano inducere, eis fructus ejus antevertentes au  
sentissimo mortis & corruptionis antidoto.


### THES: VIII.

Imago DEI, seu originalis justitia &  
mo non fuit essentialis forma, vel substanc  
nec Physicè loquendo, aliquid fluens a  
principiis naturæ, qua ratione Naturaliter  
(β) sed tota accidentalis, et si ipsius esse  
naturæ coram DEO rectitudo, perfectio,  
χριστικη conformatio, per gratiam condit  
creata, cumque ejus natura propagabili  
atq; hoc sensu non supernaturalis, sed nat  
26.27. (β) Colos. 3. 12, (γ) Gen. 5. 1, 2.3.

§. 2. Errant hic in excessu Pelagiani & Flac  
animam, seu naturam hominis in suis potentissi  
turalibus consideratam pro imagine hæc divina h  
hypothesi in contrarias hæreses declinantes: pre  
lastici & Pontificii, per aureum frenum in equo,  
te virginis Originalem justitiam primi homini  
minus iidem, pro justitia originali primo homini  
sic supernaturali, pronunciando.

### THES: IX.

A Nte Peccatum homo morti subje  
naturam, nec actu moriturus, nec  
eiem integri mortalis futurus: sed immu  
petuo à morte, non æternâ saltē; sed



the scale towards document  
sp  
dita.  
om.  
cap  
mala  
rpor  
i pre  
Ada  
(α),  
ns ex  
mus:  
anæ.  
D de  
con  
nanda,  
en. I.  
pus &  
us na-  
adæm  
Scho  
Capi  
Nec  
cia, &c  
it per  
t spe-  
t per-  
, ne-  
que